

sequentibus lex exceperit, et simulationis discisso velamine, juxta scriptarum legum tenorem, et consuetudinis usum, penes quem jus est et norma loquendi, ventilata et versata utriusque partis causa, sub equitatis examine liceat deffinire.

Rex itaque tan nominate auctoritatis quem a mari usque ad marem reges xristiani nóminis hostes, ut pote totiens vires ejus experti, et ab eo commissi, solo nómine contremiscunt cui etiam xristiani principes tanquam superiori deserviunt, a quo arma militie, et calafum probitatis memoriale, videlicet dompnus conradus generosa proles romani imperatoris et dompnus aldefonsus rex legionensium, suscepisse se gaudeant, et manum ejus deosculasse, postquam obsidione facta, post multos labores, cruciatus multis angustiis, abintus afflictus hostibus, decursis mensibus novem, alcazarensem urbem intravit, eam ceteris preferens, uppote alcazarem alphon sipolim elegit et preelegit in habitacionem sibi, et cives populum peculiarem sibi adscivid, ut quam de servitute babilonis, et jugo pharaonis armis potentie regalis eripuerat, elimanata idolatrie spurticia, liberam et precipuam inter alias in prosperum stabiliret.

Quamobrem ad cognoscendam tante dignitatis prerogativam hunc libertatis codicem, justa cujus (tenorem) tractentur reipublicae negotia, ac consulta determinatione juste trutinentur judicia, alcazensibus incolis et populatoribus tan presentibus quamfuturis libenti animo contulit, et collatum regali consequens sub impresione imaginis regie in perpetuum roborabit.

Felix est utique matrimonium cum lex et justicia concordia fe